Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ultre iniquitatis gladius est: et scitote esse iudicium.

Respondens autem Sophar naamathites dixit. Idcirco cogitationes mee
uarie succedunt sibi: et mens inuersa rapit. Doctrinam qua me arguis
audiam: et spiritus intelligentie mee respondebit mihi. Hoc scio a principio ex quo po
situs est homo super terram: quod laus impiorum breuis sit. et gaudium ypocrite ad
instar puncti. Si ascenderit usque ad celum superbia eius. et caput eius nubes tetigerit.
quasi sterquilinium in fine perdet: et qui eum uiderant dicent. Vbi est. Velut som
nium auolans non inuenietur: et transiet sicut uisio nocturna. Oculus qui eum uide
rat non uidebit: nec ultra intuebitur eum locus suus. Filii eius conterent egestatem:
et manus illius reddent ei dolorem suum. Ossa eius implebuntur uitiis adolescentie
eius: et cum eo in puluere dormient. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum:
abscondet illud sublingua sua. Parcet illi et non derelinquet illud: et cela
bit illud in gutture suo. Panis eius in uentre illius uertetur in fel aspidum intrin
secus. Diuitias quas deuorauit euomet: de uentre eius extrahet eas deus. Caput
aspidum suget: et occidet eum lingua uipere. Non uidebit riuos fluminis
torrentis mellis et butyri: luet omnia que fecit nec tamen consumetur. Iuxta
multitudinem adinuentionum suarum sic et sustinebit: quo constringens nu
dauit pauperes. Domum rapuit et non edificauit eam: nec est saciatus uentre eius.
et cum habuerit que cupierat: possidere non poterit. Non remansit de cibo eius:
et propterea nichil permanebit de bonis eius. Cum saturatus fuerit arrabit: estua
bit et omnis dolor irruet in eum. Vrinam impleatur uentre eius. ut emittat in eum
iram furoris sui: et pluat super illum bellum suum. Fugiet arma ferrea et irru
et in arcum eneum: educet et egrediens de uagina sua. et fulgorans in ama
ritudine sua. Gradient et uenient super eum horribiles: omnis tenebre abscon
dite sunt in occultis eius. Deuorauit eum ignis qui non succendit: affligetur re
liquus in tabernaculo suo. Reuelabunt celi iniquitatem eius: et terra adu
sus eum consurget. Apertum erit germen domus illius: detrahetur in die furoris
dei. Hec est pars hominis impii a deo: et hereditas uerborum eius a deo.